Petrus Mosellanus Capitoni.
ex Lypsia.

1520. Dici non potest optime Fabrici, quantopere amarim te ex nomine
tantum cognitum. At postquam tuam erga me benevolentiam
epistola ad me ~~illa~~ scripta declarasti, magis etiam mi amore
flagrare cepi, ut qui agnoscerem per hoc me non amare
tantum, sed et redamari, idque a tanto viro. Sed quod
literas meas ante menses aliquot scriptas, una cum hijs primum
accipis, in causa est, quod alijs curis, super alias obvenientibus
~~illae~~ diu non statim aderat ad manum tabellarius, illae
neglectae: ut fit, inter ceteras chartas latuerint. Quid isthic
agant studia, ut floreant, ut incessantur a sophistis equidem
nescio, hic certe adhuc superiores sumus hostibus, et vincit
~~ne~~ nostra pars non solum melior, sed etiam pars maior.
nihil turbat. Alioqui quo
Martini Lutheri ferocia rem nonnihil
animo sit erga bona studia princeps vel ex hoc conjectes
facile. Superioribus diebus cum inclytus dux noster Georgius
aliquandiu hic ageret, supra decies hominissimam sui mensio
... studiosissimum esse. Nec hoc liminis
non fecit, ostendens se tam studiosissimum ... et industrio equiti
persistit. Immo Caesari Helingk strenuo et industrio equiti
aulae nostrae capiti negocium dedit de te tuisque rebus accurate
inquirendi. Quamobrem Caesar de hoc re mecum ac
cum Henrico Stromero urbis nostrae senatore tibi ante hoc
cognito, semel atque iterum egit. Sed quia quid animi erga
nos habeas et an isthinc aliqua conditione aliqua possis,
nescimus, habemus certi nihil petiti a nobis statim.
De urbis amoenitate, amicorum multorum fide, summo humanitatis
studio, principis constanti benignitate non est quod magnopere
addubites. Illud saltem ad rem pertinet, fac tuis ad utrumque
nostrum litteris animum tuum erga Lipsiam declares. Postea nostra
erit cura, ut princeps ipse ~~ad~~ scribat, teque certa
conditione accersat. Non credis quanta hic sit morum
ac vitae elegantia, quanta hic vivatur, quanta sit sacerdo-
talis vitae honestas. Neque enim hic similia reperies exempla
Intelligenti satis. eis, quae istic impune fiunt. Scis quid velim. Hic, et quid taciam.
Qui has ad te perfert hibernus est, sed ex animo Christianus
fraterque ideo ~~...~~ Lutheri predicationibus. Homo integer ac fidus
cum litteris, ac tabulis ~~...~~ suffarcinatum ... in patriam miserat

negocioli amissionem componendi gratia. Per hunc de omnibus
vel secretissimis rescribere poteris. Animam eius quam
amicos prodiderit. Nam domini mea dominum, cum sesquiann[illegible]
alo. Itaque nomen ut [illegible] me. Huttenus quid molitur, miror
hic minacium est his diebus in manus ei venisse, minacium
quendam apostolicum, multis bullis instructum. Stromer domin[illegible]
scripsit literas ad eum clam perferri cura. Sic enim postula[illegible]
[illegible] ille. Ipse salutat dominum [illegible] veneranter. Quando scribere
Hoc tempore nullo modo vacat mihi, nec est quod scribam.
forma sic scium aliquot Martiniana opuscula. Quae videbis.
Miror quorsum res sit exitura. Martinus enim amicis multis admon[illegible]
tibus de ingenio suo nihil remittit, imo indies magis ac
magis in istorum sinit tyrannidem. Quod bene vertat. Princeps
magnus Georgius dominus noster, quam Fridericus elector fami[illegible]
Bene vale [illegible] Lipsiae, et rescribe. Ex lib. Nonis Ap[illegible] XX

P. Mosellanus.

Excellentissimo Domino Scripturae
interpreti D. Wolfgango Fabri[illegible]
Capitoni [illegible]
[illegible] domino [illegible]

Petrus Mosellanus
Moguntiae